



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Zephyrinus PP. M S. Alexander M. S. Concordia M. 26. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

S. Zephyrinus PP. M. S. Alexander M.
S. Concordia M. 26. Aug.



Studium virtutum.

Grandis violentia est in terris nasci,
& cælum occupare. Chrysost.

Præsta quæsumus omnipotens Deus,
vt B. Zephyrini M. Tui atque Pon-
tif. (S. Alexandri M. S. Concordiæ M.)
cuius gaudemur meritis, instruamus
exemplis per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro augmento Fidei &

1. S. Zephyrinus Papa Caracalla & Heliogabalo Imp. rexit Ecclesiam. Is multa utilia ac circa Ordinandos & Ordinationis modum sancivit, eademq; universo servanda promulgauit, deinde Maryrio quæ docuerat confignavit.

2. S. Alexander miles Legionis Thebææ, in Italiam ne ad impia sacra compelleretur refugerat cumque eā ob causam captus Mediolani fuisset ac postea dimissus, Bergomi Christum prædicaret iterum captus capite est truncatus sub Maximiano.

3. B. Concordia M. Romæ post agonem suum in cloacam demersa fuat. Eius corpus cū ex cloaca extraxissent Irenæus & Abundius etiam ipsi Martyrij Coronam receperunt in eandem cloacam demersi.